GABRIELIS PALAEOTI

S. R. E. CARD.

De bono Senectutis.

Libri Tres.

Corona Senum multa peritia: & gloria illorum timor Dei.

Eccleſiaſt. xxv.

CVM PRIVILEGIO.

VENETIIS,

Apud Minimam Societatem. M D XCVIII.

Permiſſu Superiorum.

ILLVSTRISSIMO
AC REVERENDISSIMO
D. ALPHONSO PALAEOTO
Archiepiſcopo II. Bononien.

Mihi multis nominibus, ac ſummopere colendo.

FRANCISCVS ODOFREDVS
Canon. Theol. ac I. V. D. Bonon. S.

C*VM anno ſuperiore, ab Vrbe demandata mihi fuiſſet prouincia, vt librum hunc,*

GABRIELIS PALEOTI S. R. E. CARDINALIS.

De Bono Senectutis.

PARS PRIMA.

Senectus ab auctoribus varie ſumpta.

DE SENETVTIS BONO dicere aggreſſuri, ab eius nominis vi, ac ſignificatione exordiendum duximus, cum multiplex illius ſenſus, iuxta varios auctorum loquendi modos, deprehendi ſoleat. Nam exempli cauſa, ſi quæratur, quid in Senectute potiſſimum ſit ſpectandum, dubium non eſt, aliter reſponſurum eſſe medicæ facultatis peritum, qui eam iuxta annorum numerorum, ſiue ex temperamenti ratione metietur; aliter iuriſconſultum, qui ad tempus ſucceſſionis, aut ad teſtatoris mẽ

PERORATIO

ABSOLVTIS iam illis, quæ hoc Commentario (cœleſti gratia aſpirante) fuimus cõplexi: Subijt animum perplexa cogitatio; ne hęc ipſa, De Bono Senectutis inſcriptio, quam operi huic præfigimus, parũ tum ſacris literis, tũ veritati ipſi congruere; proindeq; tota argumẽti huius tractatio præpoſtera potius, ac diſcrepãs poſſit iudicari. Etenim cum frequẽter legamus in diuinis monumentis, Vetuſtatis nomen male ſonare, ac pro peccati prauitate, vt plurimũ accipi; vnde Apoſtolus Paulus modo Epheſios monet[a], vt deponant veterem hominem, qui corrũpitur ſecundum deſide-

a Ad Epheſ. c. 24